



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi
Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Cl. An oratio, iejunium & eleem, sint opera satisfactoria?

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

Q V A E S T I O C I .

*An opera laboriosa pena temporalis
expianda recte suscipi sponte, &
iniungi à Sacerdotibus
possint?*

LUTHERVS in Avertis. art. 5. Et si Ecclesia suos punientibus manum Dei recte praeuenit; non tamen id pertinet ad Claves sed uenti. 2. Melanch. in Loci de Satisfactione. similiter. Ecclesia recte imponit aliquas mortificationes agentibus poenitentiam. Mortificatio autem debita est aut dolor in coniustione, aut patientia sustinens afflictiones. Ut David obiurgatus primum expauis vero dolore; deinde calamitates pertulit. Infra. Non sunt mortifications sine mandato Dei accessio corporis lacerationes; sicut Sacrificium Baal. Ego. Hac pertinent ad regulam; frugitatem voluntatem mandatam hominum. Pugnant isti; Non occides. Item, Habeto honorem corporis i. 3. Kemnitius par. 2. Exam. pag. 1079. & Suscepas, & iniungas penas reuictis satisfactorias.

A V T O R. I. Recte Conc. Trid. Sess. 14. C. 9 tres modos ponit Satisfactionum: Patientiam flagellorum Dei: Susceptionem spontaneam poenarum. Impositionem earum Sacerdotalem. De sponte susceptis Job. vlt. Inspicenter locutus sum; idcirco me ipse reprehendo, & ago poenitentiam in fauilla & cinere. David. 2. Reg. 12. Sponte ieiunavit; humiliacuit. Psal. 101. Achab. 3. Reg. 12. Quia humiliatus est mei causa, non inducam malum in diebus eius. Niniuitarum poenitentia merè spontanea fuit; At salutaris eadem. Ita S. Patres.

II. Poenalia opera recte ab Sacerdotibus imponuntur: Iuxta Matth. 16. 18. Quocunque allegaueritis. &c. scil. ad poenam æternam cum retenta culpa; aut ad temporalem dimisit culpam; ligata erunt; aut soluta. Par enim potestas Clavium est & in culpas, & poenas. Ita S. Patres apud Bell. I. 4. c. 5.

*Ratio faciet. Peccata ante Baptismum,
facta sunt in ignorantia, incredulitate, &*

carentibus gratiâ: at post cum patrata, sunt sciēter, in fide, in gratia exclusa: ideo omnem cum culpa poenam tollit Baptismus; non verò semper poenitentiam iustè Minister huius ingratis relapsis personam imponat. 2. Coniuncta sunt Misericordia & Iustitia Dei; ideo pars eius ab illa dimitti peccata, vt tamen & huic debitum pendatur. At licet Christi Passio fecerit latus; par est & nos ei compati, vt senti peccates puniamur eodem, &c.

D I C O A D Lutherum; dicit; non docet; nec doceri potest.

A D Melanchthonem; Sie a loco probarent eius intentum; iam argueretur Job, David Achab, &c. Mandata homini dicuntur vel contraria Dei mandatis, vel horum neglectoria; Alioquin obedientia homini praestita est grata. Et placet Deus poen. interior, & exterior. Neque haec homicidaria, aut corpori in honore.

Q V A E S T I O C I I .

*An Oratio, Ieiunium, Eleemosyna
sunt opera satisfactoria?*

MELEANCHTHON in Conf. Aug. Q. 6. & in Apolog. in Loci, negat ea esse opera satisfactoria quod sumptus, abrantur, & se ceremonias nunciles ex humana traditione emanantes. II. KEMNITIUS p. 2. Exam. est ea diuinitus mandata; sed ad dies certos, modos, & poenitentiam applicari superest usque.

A V T O R. I. Ea non sunt ictum Co-
remonia; sed res & utilissimæ, & S. Scri-
pturis commendatae sunt, vt ad quæ
terra bona opera referantur ab Theolo-
gis: *Tum quia satisfacere Deo debemus
per nost. a. quod fas. & potest; itaq; de bo-
nis Animis damus Orationem; de Cor-
poris bonis Ieiunium; de fortuna bonis
Eleemosynam: Tum quia ad tria vita re-
feruntur omnia, i. Ioann. 5. ideo & reme-
dia sunt tria; Ieiunium, Concupiscentie-*

castra



carnis; Oculorum, Eleemosyna; Superbia; Oratio: Quæ cùm pœnola sint; rectè satisfactoria dicuntur, & sunt: teste Sacra script. 1. De Oratione: Pt. 49. Inuoca me in die tribulationis; & eruante: Ecce mandatum, & promissum. 2. De leiunio exemplum constat Davidis. 2. Reg. 12. Præceptum verò & promissum, Ioh. 2. 3. De Eleemosyna, exemplū Tob c. 1. præceptū & promissum Luc. II. Date Eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Itaque Tob. 12. Bona est oratio cum leiunio & Eleemosyna: Quorū regulæ exponuntur, Matt. 6. 4. Decinere & cilicio est Ione; Et Davidis, 1. Par. 21. Matt. 11. Vnde S. Hier. ad 3. Ione: Sacrum & leiunium sunt arma pénitentia. 5. De percussione luii, 1. Cor 9. Castigo corpus meum. πνωπαίω; id est ad usque liuorem contundo. Luc. 18. Publicanus percutiebat pectus suum.

II. Hæc opera eti. quoad Modū, mādata non sint, ideo que eatus sint indebita; non tamen sunt ingrata Deo; Sicut de Consiliis Euangelicis alibi docui. 2. Num. 30. vota de leiuniis sponte facta, erant grata Deo, & reddenda. Sic & Baptista asperitas vita, Matt. 3. Luc. 3. Mar. 1. et si nulquā in scripturis imperata. Sic Annæ vita, quæ Luc. 2 non recedebat à templo leiunii & obsecrationibus spontaneis &c. Quibus hæretica vanitas euanya cedat oportet.

QVÆSTIO CIII.

An iustificatus verè Deo posset satisfacere pro reatu pœna temporalis?

VTHERANI eti fateantur, quandoq; dimissa culpa pœna remanere temporalem. Et pœnis sponte assuntis manum Dei preueniti & auerti: Deniq; leiunium, Orationē, & Eleemosynam, operaque laboriosa placere Deo: Satisfacere tamen pernegant.

LVTHERVS in Assert. art. 5. Vbementer odi, & sublatum vellem hoc vocabulū, Satisfactione, Quid non modo in Scripturis nō inuenitur, sed & periculofum habet sensum; quasi Deo quisquam possit pro ullo peccato satisfacere: cùm gratis ille ignoscat omnia. Melancht. in Apol. Cōf. Aug. Hac tota res est commentitia, recens confitita, sine autoritate Scriptura, & veterum scriptorum. &c. CALVINVS Instit. 1. 3. c. 4. § 39. Fingit Satisfactiones fuisse publicas excommunicatorum.

KEMNITIUS p. 2. Exam. pag. 1087. Ante Baptismum peccator recipitur in gratiam sine proprio satisfactionibus, propter satisfactionem Christi; post Baptismum lapsus non dimittuntur peccata alij vlla propria ipsorum satisfactione, quam propeccatio. Sac. orthodoxe.

SVADENT istis. 1. LVTHERVS. Ezech. 3: Impietas impii non nocebit ei, quacunq; die conuersus fuerit. 2. Adulteræ solum d'ctum, Ioh. 8. Vade, & noli amplius peccare. 3. Dicam ut apicem Scriptura pro peccato mortali debere satisfactioni VII annū: Vbi pro differentibus peccatis differen es penas statuat Christus vel Apostoli? Hac omnia sunt postea inuenta. 4. MELANCHTHON. Olim satisfactiones fuerunt excommunicatorum publicæ pœnæ, quale. P. œnicis, Orefisi, Pelei, &c. solum exempli causa. Cogitentur, ait, alia maiores causa calamitatum, & iram Deitatem auferamus, & rursum veram consolacionem nobis proponamus. 6. Deliberamenta monachorum obseruant Legem, & Euangelium, & amplificant dignitatem Traditionum humanarum. 7. CALVINVS Instit. 1. 3. c. 4. § 2. Ta ibus mandatis, Satisfactionum, oppono gratiam peccatorum remissionem; quā nihil in Scripturis clariss. 8. Q. i. sunt post Baptismum resurgentibus non esse per Satisfactiones; q. Sanguinem Christi nihil proficit, nisi quatenus per Clavis dispensatur, volunt. At ipse est proprius sonus nostra. &c. Pluritalia apud Bell. c. 14. 15. 16. &c.

AUTOR. OPERA poenalia verè sunt Satisfactiones Deo pro reatu pœnae temporalis, ex Congruo; non ex Condigno. 1. Sic Scripturam meo Antichristo p. 3. q. 47. 2. Sic Traditione & veteris Ecclesiæ, & S. Patres, apud Bell. 1. 4. c. 9. prolixè recitatos: cum obgannitiunculis Sectariorū.

DICO AD 1. Non nocet, sed cōuerso; quoad mortem æternam; temporaliter tamē nocere potest; sicut iusto sua iustitia prodest ad temporale præmiū. Quot enim, quantosq; post conuersionem hic puniunt.

Yy AD

